

nu. 51, & controvers. 548, nu. 62, & seq. Camarat, decif. 25, art. 4, nu. 67, Menoch. cons. 1108, n. 1, Fusar. de substit. qu. 507, n. 5, Redenasc. cons. 33, n. 1, Tondut. resolut. civil. 50, n. 34, lib. 1, & dat Auctor exemplum in onere assumendi insignia, \* & nomen familie elegantis, quod dum reputat inestimabile certe intelligi ex supposito debet quod insimul electus insignia & nomen proprium dimittat, Marcabrun. cons. 36, n. 16, Bardell. cons. 191, num. 83, Hoppyng. de insign. & arm. cap. 8, num. 396, & 397, ubi enim onus adgeretur assumendi nomen & insignia alterius agnationis absque dimissione propria \* onus admodum leve reputaretur, ut prosequitur idem Hoppyng. de arm. & insign. d. cap. 8, num. 341, & seq.

Praedicta tamen conclusio non militaret, quando facultatem eligendi habens posset etiam ex amplitudine facultatis \* sibi concessae non eligere, tunc enim eligens posset gravare ex quo electus ab ipso habere diceretur, l. utrum 8, 9. cum quidam, ff. de reb. dub. Gabr. cons. 132, n. 75, & 76, lib. 1, Surd. cons. 29, n. 18, late Peregr. decif. Patavin. 106, n. 3, Fusar. de substit. qu. 511, n. 1, & 2, Redenasc. cons. 33, n. 2, & 3, Tondut. resolut. civil. cap. 50, n. 41, usque ad 46, que eo fortius \* procederent, si habens facultatem eligendi plures unum ex illis eligeret, quia cunctum erga non electos gravare posset, Sess. decif. 55, ex n. 12, Cancer. var. resolut. cap. 7, n. 119, & 120, part. 3, Fontanell. de pact. nupt. claus. 4, gloss. 5, num. 65, & decif. 94, num. 6, & decif. 467, num. 15, & 16, Camarat. decif. 25, art. 4, nu. 68. Ceterum si habens facultatem nominandi unum, aut eligendi ex pluribus incertis, \* si nulla facta nominatione deceperit, omnes aequaliter succedunt, Cyriac. controv. 56, num. 4, & controv. 548, num. 64, Buratt. decif. 125, n. 1, Redenasc. d. cons. 33, n. 4, Fular. de substit. qu. 105, n. 1, & 3, Seraph. decif. 1219, n. 2, Bardell. cons. 191, n. 88, & 95, Tondut. var. resolut. civil. 51, n. 2, & seq. At ubi unus solummodo superesset ex eligibilius & cessaret eligendi facultas presupponens plurimum existentiam, Cyriac. controv. 56, n. 3, & 6, & per totam, Tondut. var. resolut. civil. 51, n. 26.

## C A P U T - X X X I I .

## S U M M A R I U M .

- 1 Legatum ab instituto nominatum relictum favore alimentorum à substituto quoque repetitum censetur? substituto relictum etiam instituto debetur num. 2.
- 2 Legata ab instituto relicta, à substituto intelliguntur repetita; Fallit ut num. 4. A substituto relicta non debentur ab instituto n. 5. Ab uno hæredi nominatum relicta, quando petantur a cohæribus num. 6.
- 3 Substitutio facta nominatum institutis caduca remanet si aliqui ex hæredibus prædecesserint. Cessat si illius casus non evenit numer. 8. Et de ratione n. 9. Reciproca dicitur facta pluribus in tota, & ab ultimo num. 12. Reciproca ex quibus non inducatur num. 13.
- 4 Dictu predicti, & similis, idem importat quod expressio proprii nominis.
- 5 Singula, quæ non profant, simul unita juvent.

- 6 Prohibitio alienationis non inducit fideicommissum in casum mortis, quando in casu mortis testator specialiter disposuit; Amplia ut numer. 15. Alienationis nuda à causa non inducit fideicommissum in casum mortis num. 16. Amplia ut num. 18.
- 7 Prohibens participium inducit substitutionem accessoriam.

F Avore alimentorum, dotis, & pia causa legatum ab instituto, etiam nominatum reliquit a substituto \* quoque repetitum praesumitur, Manent. cons. 147, num. 26, & 27, ubi explicat dummodo legatum fiat pauperi, Peregr. de fideicom. art. 16, numer. 60. Barbos. de univers. jur. Eccles. lib. 2, cap. 13, num. 27, ubi quod legatum Ecclesiæ reliquit à substituto sub conditione si hæres institutus non erit debetur purè si hæres erit: quod repetit Vivian. in prax. juris patr. lib. 2, cap. 15, n. 150, Genuen. in prax. tricen. 7, quæst. 184, per totam, Leoncill. de privileg. pauper. 203, numero 2. Part. 2, Fusar. cons. 96, numer. 5, Ripol. var. resolut. cap. 13, num. 729, Gratian. discept. 603, num. 13, & seq. è converto autem legatum substituto & reliquit etiam instituto debetur, quoties de favore alimentorum aut pia causa agitur Genuen. in prax. tricen. 17, quæst. 486, per totam, Rot. decif. 140, num. 1, part. 2, divers. Fusar. d. cons. 96, num. 2, & de hac materia ex professio tractat Auctor hic à numero 1, & per totum.

Secluso autem favore alimentorum pia causa, dotis, & similium, quamvis legata ab instituto relicta & à substituto intelligentur repetita, Fusar. cons. 93, num. 21, Surd. cons. 253, sub n. 36, vers. Quarid. licei. Joan. Franc. Andr. controv. 129, num. 4, Rot. decif. 31, num. 10, part. 5, recent. Fusar. cons. 93, num. 21, Galeott. controv. 22, num. 22, lib. 2, Redenasc. cons. 74, num. 55. At si legatum factum & sit, & reliquit nominatum ab instituto, à substituto non debetur, Manent. cons. 147, num. 27, ubi id firmat secluso favore pietatis, Peregr. de fideicom. art. 16, num. 59, Leoncill. de privileg. pauper. 203, num. 1, part. 2, Jo. Ant. Bellon. cons. 53, num. 23, Rot. decif. 140, num. 2, part. 2, divers. Fusar. d. cons. 93, num. 22, & seq. & cons. 96, num. 4, Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 2, num. 234, Joan. Franc. Andr. controv. 129, num. 6, ubi tamen adducit aliquos contrarium tenentes, & optimè declarat, & controv. 141, num. 11, & seq. Redenasc. d. cons. 74, num. 56, & seq. Sicuti legata à substituto & relicta non debentur ab instituto, Gratian. dicta discept. 603, num. 1, & per totam, Fusar. de substitut. quæst. 469, n. 17, & cons. 96, num. 1, Galeott. controv. 26, num. 13, lib. 2, & late prosequitur Auctor hic per totum, retento semper prædictis themate, quod non agatur de causa privilegiata, cuius favore etiam legatum \* ab uno hærede nominatum ac licitum potest peti ab aliis cohæribus facta per legatum cessione jurium solventi contra cohæredem, argum. leg. 4. 9. Lucius, ff. de alment. & cibar. legat. Vivian. in praxi Jurisparr. lib. 2, cap. 5, numero 85.

Hinc substitutus Sempronio, Attila & Sansone in casum obitus hæredis instituti sine filiis & eveniente casu substitutionis prædictæ in superscriptos Sempronium, Attilam, & Sansonem, si testator in casum mortis, delicti, aut contraventionis rogat eosdemmet hæreditatem

ditatem restituere eorum filiis, & descendenti bus, ita demum substitutio effectum sortitur, si nominatum & substituti, ac respective vocati cum effectu succedant, secus autem si nominatum vocatorum ob præmorientiam hæredi gravato eorumdem, vel aliquorum ex eis substitutio de nominatum vocatis remansit caduca per textum ad litteram in l. Cellus 29, s. 1, ff. de legat. 2, Bart. in l. Lucius 91, §. Sempronio, ff. de legat. 3, Gabr. consil. 115, n. 6, & 7, lib. 1, Surd. decif. 125, n. 2, Peregr. de fideicom. art. 15, n. 25, Menoch. cons. 200, n. 98, Redenasc. cons. 74, n. 57, Rot. decif. 403, n. 7, part. 2, & decif. 149, n. 11, part. 7, & decif. 201, part. 8, recent. & coram Royas decif. 354, n. 7, dixi alleg. 106, n. 3, eadem Rot. in Ravenna ten. bonorum 1. Februario 1647. s. qua senè coram Eminentissimo Corrado.

Eoque magis, quia in presupposita facti specie Testator non se continuit simpliciter in terminis substitutionis nominatum, seu nominibus propriis expressè sed ulterius præambulum ejus purificationem in conditione posuit ibi & eveniente casu substitutionis prædictæ, si ergo unus, vel duo ex tribus nominatum substitutis, & à quibus nominatum repetitis in casum contraventionis substitutio originem trahere debebat, hæredi gravato præmiantur, sique casus non eveniret & substitutio, Cacheran. consil. 74, n. 26, & 47, Peregr. cons. 55, n. 5, & per totum lib. 2, cum adductis per Rot. decif. 149, n. 1, part. 7, recent. Ratio assignatur & quia casus contingens præter ordinationem testatoris non includitur sub dispositiōne, etiam si in eo major vigeret ratio diponendi, Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 3, tit. 19, sub n. 5, vers. & caus. Surd. decif. 207, n. 3, Viv. decif. 2, n. 17, Galvan. consil. 14, num. 115, Palm. consil. 55, sub n. 60, vers. nam caus. Altograd. consil. 78, n. 25, lib. 1, & consil. 13, n. 20, lib. Mart. Ventur. consil. 2, n. 117.

Junctis insuper dictioribus prædictæ & superscriptis in eadem oratione adjectis idem importanteribus & ac si de prædictis tribus substitutis expressio propriis nominibus emanasset, Surd. consil. 123, n. 13, & consil. 417, n. 2, & 3, & decif. 85, n. 3, Giovagn. consil. 97, n. 13, lib. 1, Rot. decif. 713, n. 2, & 3, part. 1, divers. Altograd. consil. 54, n. 17, lib. 1, & consil. 58, n. 30, lib. 2, Fusar. de substitut. qu. 480, sub n. 5, Redenasc. consil. 37, n. 25, Mart. Ventur. dicto consil. 2, n. 511, dixi allegat. 84, n. 3, & allegat. 106, n. 32, lib. 3, Barz. decif. 5, n. 38, & 39, ubi quod hujusmodi dictiones requirant concursum, seu effectuationem vocacionis in omnibus superioribus nominatis arguendo a rebus ad personas idem repeatit Rot. decif. 192, à n. 6, ad 10, part. 8, & decif. 106, n. 13, part. 9, tom. 1, & decif. 385, n. 9, & decif. 432, n. 14, part. 9, tom. 2, recent.

Dum ergo ex prædictis manifestè colligitur, quod Testator in casum alienationis fideicommissum ordinare non intellexerit, nisi eveniter casus purificata substitutionis cum addito prædictæ in superscriptos plures nominatum expressos, ita ut ex singulorum defectu corrueret substitutio, quantum magis irrita remansit, ex quo nullus ex prædictis ob præmorientiam hæredi gravato duorum ex tribus nominatum substitutis successit. Unde intrat regula, quæ non profant, simul simul collecta juvent ex cumulatis per nos allegat. 8, n. 7, & n. 19, & allegat. 12, n. 51, & allegat. 25, n. 17, & allegat. 83, num. 13, & allegat. 118, n. 42, lib. 3, Georg. Mund. consil. 18, n. 42, lib. 1, Spad. consil. 282, n. 33, lib. 3, Novar. de gravam. Baron. 191, num. 23, tom. 2.

Animadvertisendo quod in casum mortis reciprocum continebat & quippe facta pluribus in 12 tota, & ab ultimo dixi allegat. 77, n. 2, lib. 3, Altograd. consil. 60, n. 55, 60, & seq. lib. 1, Caren. resolut. 144, n. 1, Redenasc. consil. 9, sub n. 76, 82, & seq. & n. 88, & seq. Spad. consil. 250, n. 13, lib. 3, Rot. apud Censal. ad Peregr. de fideicom. decif. 33, n. 11, 14, & seq. Cardinalis Ottob. decif. 177, n. 1, Merlin. decif. 326, n. 14, & seq. Rot. decif. 54, n. 9, & decif. 192, n. 3, part. 8, & decif. 49, n. 1, part. 9, tom. 1, & decif. 497, n. 5, part. 9, tom. 2, recent. Palm. consil. 89, n. 10, in fine, & n. 11, Mart. consil. 149, n. 18, & seq. At in casum contraventionis prohibitæ alienationis tres nominatum vocavit eorum filios, & descendentes in infinitum, & demum deficiente linea masculina superscriptorum in dictos proximiores, quos quidem eveniente casu prædictarum substitutionum quæ habeant suum locum gravavit. Ex quibus non induci reciprocum & post alios firmarunt Peregr. consil. 2, n. 12, & seq. & à n. 20, lib. 6, Fusar. de substitut. quæst. 475, n. 1, & per totum Joan. Franc. Andr. controv. 161, num. 11, & controv. 302, num. 4.

Hinc ergo cum Testator non solum specialiter, sed etiam diversimode disponuerit in casum mortis, quam in casum alienationis +, quo casu ex verbis tametsi generalibus appositis in prohibitione alienationis absolutum non censetur inductum fideicommissum in casum mortis. Handed. consil. 78, n. 47, & seq. lib. 1, Ludovis. decif. 433, n. 12, duplicita decif. 267, part. 2, Fusar. consil. 169, sub n. 90, vers. ex verbis, & de substitut. quæst. 688, n. 101, & 127, Galeott. controv. 25, n. 31, lib. 1, Tannagl. de Sacr. Rot. Rom. Audit. cap. 5, n. 7, fol. 47, Altograd. consil. 92, n. 47, lib. 1, Rot. in Firmana fideicommissi 9, Maii 1659, Taia, Caren. resolut. 29, n. 10, & resol. 61, n. 1, & seq. Rot. decif. 368, n. 8, part. 5, recent. dixi allegat. 115, n. 11, lib. 3, eadem Rot. decif. 8, n. 5, & 6, part. 7, recent. & in Beneventana hæreditatis 19, Junii 1656, §. prohibitio alienationis Celsi, maximè cum Testator in casum mortis nepotem ex fratre, in casum vero alienationis patruelis vocaverit, ac respective gravaverit. At ubi substitutio in casum alienationis patruelibus dumtaxat facta ad casum mortis extenderetur & secutæ alienatione gravatus etiam hæres præexistet contra enixam Testatoris voluntatem, ex qua hæres institutus à prohibitione alienationis omnino excluditur ad tradita per Surd. decif. 84, sub n. 12, Altograd. dicto consil. 92, n. 48, lib. 1, Rot. in dicta Firmana fideicommissi 9, Maii 1659, §. quoniam Taia.

Nec ad inducendum fideicommissum in casum mortis ex prohibitione + amplissima alienationis subsequens ratio conservandi bona in agnatione, seu substitutis in infinitum prohibitionis adjecta argumentum præstabat, dum' prohibitio nuda detegebatur Mart. vot. 222, num. 36, & seq. Zuccar. decif. 76, sub n. 47, vers. nec obflare. Altograd. consil. 92, sub numer. 50, vers. primo lib. 1, Mart. consil. 43, n. 24, Fusar. de substitut. qu. 688, numer. 8, 9, 14, in fine, & 15, & late post alios exornat Rot. in Beneventana hæreditatis 19, Junii 1656, §. attamen quando Celsi. Ubi quod talis ratio agnationis conservandæ confirmet quidem prohibitionem antecedenter, sed non inducat novum fideicommissum, nisi casu quo alienatio fuerit subflectuta.

Circa quod omnis removetur ambiguitas, dum prohibitio alienationis concipitur per participium prohibens cum verbis relatis ad præcedentem substitutionem, quæ propterea tan-

quam accessoriè stans fideicomissum etiam in casu mortis operari nequit, Caren. dicta resol. 29, n. 9, in fine. Marescott. var. resol. 103, n. 5, & seq. lib. 2, cum adductis per nos, allegat. 115, nu. 21, & allegat. 116, n. 6, & 7, lib. 3, Rot. in dicta Beneventana hereditatis 19, Junii 1656, §. & verba Celso. Et debitandi ansam removebat, quia proximiores 18 ad sucedendum & invitabantur eveniente casu substitutionum praedictarum in casum alienationis ordinatarum, ut recensitis alius dicebam alleg. 115, num. 23, lib. 3.

## CAPUT XXXIII.

## SUMMARIUM.

- I Legatarius rem sibi legatam de manu heredis capere tenetur. Alias legato cadit n. 2. Declara ut num. 3. 4. 5. 6. & 7. Factum deficiente observare tenetur n. 9. Sed contra n. 10.
- II Factum defuncti heres observare tenetur.
- III Creditor deficiente hypothecarius preferitur legatio in re legata. Amplia ut n. 12.
- IV Possesso presumitur continuata nisi contrarium probetur.

**L**egatarius rem sibi relata à manu heredis capere obstringitur, nec propria auctoritate rem illam occupare, aut possessionem ingredi potest. Antonin. de Marin. resol. 88, n. 3, lib. 2, Altograd. consil. 49, n. 28, dixi allegat. 53, nu. 11, & 12, lib. 33, Rot. decif. 35, n. 7, part. 5, & decif. 152, n. 26, part. 9, tom. 1, & decif. 335, n. 10, part. 9, tom. 2, recent. & coram Royas, decif. 367, n. 3, & coram Duran. decif. 62, n. 8, & apud Salgad. in Labyrint. credit. decif. 85, num. 10. In tantum quod si rem legatam & propria auctoritate capiat à commendo ipsius legati cedit ex cumulatis per Ferentill. ad Buratt. decif. 101, n. 12, Ciarlin. controv. 33, n. 65, & controv. 109, n. 23, Author hic n. 1. Royas dict. dec. 367, n. 4. Leoncill. decif. Ferrar. 68, n. 8, & de privileg. pauper. 215, n. 2, in verbo legatum 14.

Istud tamen procedit, dummodo heres hereditatem adiverit, seu possessionem adeptus fuerit, & nam dum possesso rei legata vacans reputatur, nil prohibet quominus possit legatarius propria auctoritate possessionem apprehendere. Post. de manuten. observ. 47, n. 6, Altograd. consil. 49, nu. 31, & 32, lib. 1, Anton. de Marin. resol. 241, n. 4, 5, & 6, lib. 1, ubi tamen quod adita hereditate tenetur legatarius rem legatam restituere, aut cautionem præstare pro falcidia hereditatis debita, & resol. 88, num. 5, & seq. lib. 2, Ciarlin. controv. 70, num. 4.

Deinde sibi locum vindicat, quatenus per Testatorem legatari tacite, & vel expresse licentia capiendi rem legatam propria auctoritate imperita non appareat. Ciarlin. dicta controv. 28, nu. 5, ubi quod per clausulam omni meliori censetur à testatore concessa legatario licentia capiendi possessionem propriâ auctoritate, Altograd. consil. 87, n. 54, lib. 2, Post. de manuten. d. observ. 47, n. 4, Anton. de Marin. dict. resol. 88, nu. 10, & seq. lib. 2, Rot. dicta decif. 152, num. 25, ubi quod institutio in legato operetur, quod legatarius propria auctoritate possessionem capere possit part. 9, nu. 1, quod tamen non videtur admittere coram Royas, dict. decif. 367, n. 5, & dict. decif. 335, n. 10, part. 9, tom. 2, recent. Cyriac. controv. 12, n. 40, & 41, & controv. 247, n. 27,

Redenasc. consil. 4, n. 38, ubi tamen n. 41, & seq. limitat stante statuto continuante possessionem defuncti in heredem, Joan. Franc. Andr. controv. 22, n. 28, & seq. Hodiern. contr. 19, n. 23.

Ulterius ita demum legatarius rem sibi legatam de manu heredis capere & vel captam restituere tenetur quoties heredi jus detrahendi falcidiam competit, fecus autem ubi cessat detracatio falcidiae, Ciarlin. dict. controv. 33, nu. 65, in fine. Gratian. discept. 771, nu. 49, Buratt. dict. decif. 101, n. 10, Leoncill. de privileg. pauper. 215, §. legatum 14, n. 5, cum adductis per Rotam dicta decif. 335, num. 11, part. 9, tom. 2, recent.

Hinc ergo cum ex legatis alimentorum pauperibus potissimum relictis, & vel ad pias causas falcidiae non detrahatur quemadmodum latius annotavimus ad cap. 9, & cap. 35. Jure merito concludit Author hic per totum, quod nec ex reliquo alimentorum legatarius de manu heredis capere teneatur, quod etiam comprobant Ciarlin. dicta controv. 28, num. 6, Leoncill. de privileg. pauper. 215, in verb. legatum 14, nu. 3, part. 2, minusve legatarius ex causa pia, \* cum & ipse propria auctoritate legatam capere valeat, ut subjungunt Ciarlin. dict. controv. 28, num. 7, Leoncill. dict. privileg. 215, numero 6, ubi alios refert.

Factum defuncti heredem \* teneri omnino observare Juris indubitissime reputatur per tex- tum in l. cum à matre 14, C. de rei vendicat. I. ex qua persona 192, ff. de reg. jur. l. filiusfamilias 114, §. cum pater, ff. de legat. 1. Cyriac. controv. 11, n. 22, & controv. 160, nu. 70, & controv. 256, nu. 3, Mart. Ventur. consil. 8, n. 46, & 47, Joan. Baptista Antonell. consil. 85, nu. 11, & consil. 96, n. 24, dixi allegat. 13, n. 15, & allegat. 21, nu. 25, & allegat. 70, n. 34, lib. 2, & allegat. 55, n. 18, & allegat. 87, nu. 19, lib. 3, Joan. Franc. Andreol. controv. 120, num. 18, Leoncill. decif. Ferrar. 64, nu. 10, Thomat. decif. Macerat. 23, num. 62, Rot. apud Merlin. de pignor. & hypoth. decif. 135, n. 1, Duran. decif. 26, n. 4, & decif. 51, n. 7, & 9, & decif. 101, nu. 3, Bottilier. de success. ab intest. Theoremate 46, num. 9, & 26.

In dubium tamen revocabatur, an idem in legatario procederet, in quo quidem articulo, \* quod etiam legatarius factum defuncti obserware tenetur, ex quo uti heres se habet, ex professo comprobant Curt. jun. consil. 55, sub nu. 11, Natt. consil. 330, nu. 2, Menoch. consil. 89, nu. 2, Alciat. consil. 545, num. 5.

Verumtamen contraria opinio, & verior, & magis recepta præexistit \* juxta quam legatarius factum defuncti approbare non tenetur, quin potius illud impugnare potest, Castren. in d. l. cum à matre 14, sub n. 3, vers. item si sentire, & Barbos. ibid. n. 14, & Salicet. n. 4. C. de rei vindicat. Gabr. consil. 11, n. 18, lib. 6, de reg. jur. Roland. de invent. vers. Quid si pater vendidit, n. 5, & seq. fol. 157, tergo, late Surd. consil. 237, n. 22, usque ad fin. Gratian. discept. 401, sub nu. 28, vers. Quidquid aliud sit. Cenfal. ad Peregr. de fideicom. art. 33, §. sexto declaratur, vers. limitat in legatario. Rot. apud Merlin. de legitim. decif. 75, nu. 6, & in Perusina census 27, Junii 1653, §. non obstat vers. Propterea licet coram R. P. D. Zarate.

Hæreditibus suis solvi ejus debita testator jussat, qui in amplissima forma sese obligantes solvere promiserunt, quibus cum filia testatoris pro legato ejus dotis concurrere prætendebat, contrarium tamen fuit resolutum, \* quia credidores hypothecarii etiam in re legata legatario præfe-

## Observationum de Alimentis Cap. XXXIV.

45

preferuntur I. credidores 8, ff. de distr. pignor. l. 2, ff. qui pot. in pign. hab. Coccin. decif. 67, n. 7, & 9, Franc. decif. 246, Rot. decif. 741, n. 1, part. 3, recent. Merlin. de pignor. & hypothec. qu. 134, n. 13, lib. 4, Rot. in Romana dotis 27, Maii 1647, §. conclusio procedit, & per totam coram R. P. D. Cerro, que est decif. 34, apud Salgad. in Labyrinth. credit. Non à Cof. de privileg. credit. reg. 1, ampliat. 6, sub n. 40, vers. Verum quicquid, Cart. de cred. cap. 4, qu. 11, nu. 1236. Cumque credidores sint anteriores cum 12 hypotheca obtinere debent etiam legatarius & reperiatur in possessione qui nec beneficio retentio iuriavi potest I. si priori 13, §. fin. ff. qui pot. in pignor. hab. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 4, quæst. 2, num. 17, & quæst. 188, num. 22.

De possessione vero proprietatis, super qua Salvianum pendebat, inter partes non controvertebatur, sed ex parte rei solummodo opponere, probationes certum tempus non percurtere, ex quo de tempore autem contractum debitum, & hypothecam intelligi poterant, quo etiam admisso citra veritatis novam non excludebatur, 13 quin possesso \* per debitores abinde continua non fuerit, dum intermedia possessione alterius non edocetur. Salicet. in l. final. num. 19, vers. Primo casu, C. de edit. Div. Adrian. tollen. Alex. consil. 33, in fine lib. 3. Natt. consil. 400, num. 6, Post de manuten. observ. 17, num. 24, & seq. & post tract. Rot. dec. 217, nu. 47, & seq. & in Romana Vineæ 25, Maii 1648, §. quod vero coram R. P. D. Ghislerio.

## CAPUT XXXIV.

## SUMMARIUM.

- I Incertitudo quamlibet dispositionem vitiat; Fallit ut num. 2. Legata ad piás causas non vitiat num. 5. Si reducatur ad certitudinem convallidatur dispositio num. 6.
- II Legatum properiter incertitudinem in substantia corrigit.
- III Dots promissio incerta sustinetur.
- IV Certitudo in universalibus ex quota non inducitur.
- V Fideicommissum jus universale importat. Declara ut num. 9.
- VI Tertia parte fideicomissi probata cum illius valore quid importet residuum dignocfitur.
- VII Identitas bonorum ex quibus probetur.
- VIII Detractiones ex quibus presumantur consumpta.
- IX Alienationes bonorum si præcesserint illorum in suspicitionem possessor conventus probare tenetur.

**E**x incertitudine quamcumque dispositionem vitari & præter hic cumulatos ex num. 1, comprobant Caren. res. 14, n. 23, Sperel. dec. 99, n. 7, Cyriac. contr. 255, n. 54, & seq. & contr. 488, n. 59, & 60, Joan. Franc. Andreol. controv. 163, n. 5, & seq. & contr. 271, n. 4, & dixi in eadem causa allegat. 52, n. 18, lib. 3, Palm. consil. 59, n. 6, Argel. de acquir. possess. qu. 16, n. 367, & qu. 14, n. 20, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, c. 9, n. 6, Bardellon. consil. 105, n. 38, & 63, Gratian. discept. 1000, n. 10, & 20, Nig. de except. c. 12, §. 11, n. 1, & per totum, & de execut. rei judic. c. 5, n. 4, & seq. Ripol. var. resolut. cap. 11, nu. 153, Fontanell. decif. 571, num. 24, & 25, Mangil. de evict. quæst. 160, nu. 2,

Post. in simili tract. inspect. 29, n. 87. Mart. Ventur. consil. 18, n. 4, & consil. 43, n. 71.

Pluribus tamen in casibus fallit precedens conclusio, maximè si incertitudo circa substantiam non subsistit, \* sed circa quantitatem, tempus, aut qualitatem: nam tunc incertitudinem non attendit sustinetur quilibet dispositio, Fontanell. de pac. nupt. claus. 4, gloss. 18, num. 103, & 104, tom. 1, & decif. 543, n. 16, & 17, ubi quod incertitudo in legitima, vel legato vitiet, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, c. 20, nu. 44, & seq. ubi quod contractus alias illicitus ob incertitudinem licitus evadat. Hodiern. ad l. hac editali qu. 36, n. 15, Giovagn. consil. 78, n. 6, 14, 44, & seq. lib. 1, Bim. consil. 50, nu. 45, & seq. Leotard. de usur. qu. 98, num. 55, Cyriac. dict. controv. 255, n. 57, Mart. Ventur. consil. 3, nu. 50, & seq. Joan. Ant. Bellon. consil. 65, num. 55.

Legatum ergo relictum incerto de incertis eligendo, & cuius persona omnino ignoratur uti deficiens in substantia & non subsistit propter incertitudinem, ut prosequitur Author hic n. 2, & 3, & pluribus exornat. Mart. Ventur. consil. 2, n. 155, & seq. ubi tamen num. 158, quod incerto de certis relinqu possit.

In dote autem quicquid sit quoad translacionem dominii ex promissione dotis incerta, utique promissio ipsa dotis tametsi incerta sustinetur & ex eo potissimum, quia ex quantitate patrimonii & qualitate personarum certa reddi potest Giovagn. dicto consil. 4 n. 14, lib. 2. Mantic. decif. 235, n. 10, Minfyng. observat. nu. 3, in fine cent. 3, Argel. de acq. possess. qu. 7, sub n. 88, item speciali favore Borell. in summ. decif. tit. 5, n. 204, & 205, part. 3, Monac. decif. Bonon. 40, punct. 4, num. 12, & seq. 19, 20, & per totum, & punct. 7, numero 49.

Cæterum in relictis ad piás causas incertitudo nullatenus dispositionem maximè in pauperes collatam vitiat, & quemadmodum subjungit Author hic ex n. 4, quod etiam firmant Mantic. dicta decif. 235, n. 10, in fine. Bimius consil. 277, n. 42, Mart. Ventur. dict. consil. 2, sub n. 164, vers. Secunda quia speciale est. Argel. de acquir. possess. dicta qu. 16, n. 46, & pluribus exornat. Leoncill. de privileg. pauper. 181, & privileg. 182, per tot. part. 2, ubi indifferenter ex qualibet incertitudine sibi locum vindicare inquit, quod quatenus procedat in legato alimentorum optimè declarat Author hic num. 11, & seq.

Semper vero, quod incertitudo qualitercumque ad certitudinem reducatur & re adhuc integrum dispositio convallidatur, Fontanell. dicta decif. 573, n. 19, ex Surd. consil. 128, n. 19. Cyriac. dict. controv. 255, n. 57, cum seq. cumque ad materiam conferat quæ scripsi ad arguendam certitudinem totius ex quotitativa illius portione, ideò ea hic subvertere decrevi.

Dubiam facere videbatur intentionem meam in eo, quod insisterem bonorum fideicommissis maximè quoad quantitatem concludenter probatam censere, dum liquebat de quota & ad meum stipitem alias perventa, ac ipso jure ob contraventiones in me consolidata, ex doctrina inter ceteros Dec. consil. 226, n. 6, in fin. & n. 7, quem sequitur Rot. decif. 379, nu. 5, & 6, part. 9, recent. quatenus volunt quod ex quota totius certitudo in universalibus non inducatur, sed tantummodo id verificari quando agitur de quota aliquius corporis seu fundi, ex qua veluti terra necessario infertur, quando corpus totum, seu